more solito pro bono pacis orientalem Terram visitare. Quod cum audissent incole Terre, qui inimici pacis fuerant, offerebant castrorum suorum municiones gracie lantgravii, quibus receptis, duo ex ipsis funditus destrui fecit, scilicet Sulczi et Valkenrugk. gre

Eodem anno quidam miles Waltmannus nomine de Setinstete, ministerialis lantgravii Lodewici Thuringie, qui indixerat plenam miliciam, eo quod esset strennuus ipse miles in armis et de sua virtute et animositate confideret. [illegible]

Constituerat autem locum huius milicie, que appellatur forest, in Mersebургk civitate post festum beate Walpurgis, iactans se ad locum iam dictum de Ysenaco adducere puellam decoram valde, que nisum super manum tenere deberet, subsequente cane, et ad plenitudinem milicie exercendam et in qualibet dietante milicie dedit tres ochust, ut, a quocumque victus iacuisset, victor arma tolleret cum omni milicie sue apparatu et domicellam cum niso et cane sibi pariter usurparet. Invictus tamen et illesus domicellam illam usque ad locum, in quo forest celebraturus fuerat, perduxit, multa in via exercitatus milicia, quia plurimi ei ex diversis provinciis occurrerunt et ei domicellam et apparatum sue milicie auferre conabantur. Invictus igitur pertransiit omnes, adducens et reducens puellam in pace. g a) decore b) nisu c. 420.

Anno Domini MCCXXVII. Generale passagium factum est ad Terram Sanctam, in quo Fredericus imperator et multi principes, comites et barones erant, et ipse Lodewicus lantgravius cum eis cruce signatorum. Sed illud passagium impeditum fuit, et dolo Frederici imperatoris Derselbe Ohne D. 90. Cr. Th. 5. 10. c. 130. Cr. Reinh.